

dere sustentent. Exemplo nobis sunt duo magni patriarchæ, et quasi duo Religionis fulcimina, Franciscus et Dominicus, qui janam labenti Lateranensi basilicæ apposuerunt humeros, et sustinuerunt à ruina.

Alii in *cardibus* principes intelligunt, quorum esse proprium moderari, sustinereque republicam, quorum consiliis res humana hinc illiâque convertitur, non seclis atque in cardine portarum claustra. Ita Glossa, quæ *cardines* appellat prelatos et principes, quibus publica salus commendata est. In Job, cap. 9, dicuntur orbem sustinere: *Sub quo*, inquit, *curvantur, qui portant orbem*. Hi etiam in Domini potestate sunt, quos eadem facilitate Deus è suâ majestate deficit, quâ pauperes ad supremum ordinem attollit.

VERS. 9.—PEDES SANCTORUM SUORUM SERVABIT (1). Fingit, opinor, Anna sanctos et justos,

(1) *Pedes sanctorum suorum servabit*, ne scilicet in culpam, indeque in gehennam corruant; ita S. Greg. Unde Chald. : *Corpus servorum justorum custodiit Deus à gehennâ*. Per *pedes* significantur gressus, motus, actiones justorum, quas Deus dirigit, necubi offendant, cespitent corrumpant.

Mysticè, pedes animæ sunt ejus affectus, quos ut dirigit fœliciter Deus, ne ad terrenâ labantur, jugiter invocandus est. Nam, ut ait S. August. in Ps. 144 : *Adimus Deum animo, non vehiculo, affectionibus, non pedibus, passibus mentis, non corporis*. Idem præfat. in Ps. 121 : *Ad Deum, ait, ascendit volando qui ascendit amando*. Porro duo animæ pedes quibus ad Deum inus, sunt humilitas et fortitudo, ait S. Greg. Denique S. Bonav. in Ps. 118, v. 105 : *« Dictis pedibus, inquit, providere debemus, et ne inquantur, ne illaqueentur, ne subvertantur, sed puri, liberi et firmi servantur*. Inquantur autem per luxuriam, illaqueantur per avaritiam, subvertuntur per superbiam, sed servantur per sanctimoniam. De primo : *Laxi pedes meos*, scilicet per penitentiam, quomodo inquinabo *illos*, scilicet per luxuriam? Ecce pedum *inquinatio*. De secundo : *Laqueos absconderunt pedibus meis*. Ecce pedum illaqueatio. De tertio : *Calamitates meæ illico surrexerunt, pedes meos subvertentur*. Ecce pedum subversio. De quarto : *Pedes sanctorum suorum servabit*. Ecce pedum servatio.

(Corn. à Lap.)

Il gardera les pieds de ses saints, c'est-à-dire leurs affections; il empêche que, marchant sur la terre pour servir les hommes, leurs pieds ne se gâtent par la poussière du siècle. Il garde encore leurs affections, afin qu'ils ne s'élèvent point, et qu'ils restent au contraire à Dieu de continuelles actions de grâce; parce que l'homme, quelque fort qu'il paraissent, n'est en lui-même que faiblesse, et que s'il n'attribue à Dieu toute la force qu'il a reçue, il tombe aussitôt.

Les impies, au contraire, c'est-à-dire les in-

quos impii deprimerent, et ad terram allidere contendunt, quasi viatores: et reverà homines, quamdiù durat vita, in terrâ agunt, et in viâ sunt, quam latrones obsident, et inimicorum occupant insidiæ, et nusquam non occurrunt ad quod offendas. In viâ verò præcipuè laborant pedes, quia atteruntur ipso incessu; etiam si nihil aliud adversum accidit, titubant, in loco scopulorum et arduo, et labuntur interdum, et in præceptis ruunt. Quare qui pedes servaverit ac rexerit, totum servabit hominem, efficietque, ut secundo progressu iter absolvat et ad optatum destinatumque finem lætus, et absque ullâ offensione perveniat. Quare frequentius est in Scripturâ, ut viri sancti id à Domino petant, ut gressus dirigat. Sic Psal. 16, v. 5 : *Perfice gressus meos in semitis tuis*, ut non moveantur *vestigia mea*. Et Psal. 56 : *Apud Dominum gressus hominis dirigetur*. Et Psal. 55, gratias agit David, quod ipsius pedes Dominus vindicaverit à lapsu. Hinc fit, ut pedum vel offensione, vel fœlici gressu significetur quodcumque sive infortunium, sive fortunatus eventus; Thren. 4, v. 18, in gressu titubante, ac lubrico infelix Judæorum fortuna exprimitur : *Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum; appropinquavit finis noster*. Quod autem hic non tantum secundus exprimitur ingressus, sed totius vite, aut ex totâ vitâ fortunatus exitus, et in rebus humanis successus ex voto, probat antithesis, quæ sequitur, quæ improborum studiis infelicia omnia et contraria minatur,

ET IMPII IN TENEBRIS CONDESCENT (1). Tenebræ quocumque in genere aliquid indicant agrum, infortunatum et durum sive humana considerat, gratias, puisque la piété n'est point différente de l'humilité, s'imaginant que leur force et leur lumière vient d'eux et non pas de Dieu, gardent avec lui un superbe silence, et ainsi leur ingratitude les perd et leurs ténèbres croissent toujours. Vous qui vous souvenez du Seigneur, dit Isaïe, ne vous taisez point, et ne demourez point dans le silence devant lui: Qui reminiscimini Dominum, ne taceatis, et ne detis silentium ei.

Quelques-uns expliquent ces paroles du silence profond et plein de confusion que garderont les damnés dans les ténèbres de l'enfer. (Sacy.)

(1) Septuaginta Aldinæ et Romanæ editionis, et Ms. Alexandrinum addunt hic: *Dominus infirmum faciet adversarium suum; Dominus scit, quia non gloriatur prudens in prudentiâ suâ, et non gloriatur potens in potentia suâ, et non gloriatur dives in divitiis suis; sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, intelligit et scire Dominum, et facere judicium et justitiam in medio terræ; quod deductum videtur ex Jerem. 9, v. 25. (Colmet.)*

res commoda, sive illa quæ cœlestem lucem, et divinum aliquid intuentur: Unde *esse in tenebris*, in omni literaturâ est, vitam agere tristitem et ignominiam plenam, qualem agit vidua, aut qui ex sublimi cecidit loco. Tacere autem is dicitur, qui sic est à potentiore subiectus, ut eo præsentem nutrire non audeat, aut suam deplorare fortunam; ut diximus ad illud Thren. 1, v. 2 : *Plorans ploravit in nocte*. Quare impii, id est, illi, quos paulo ante fortes, loquentes sublimia, et repletos panibus appellârat, tacebant in tenebris, id est, sic erunt ab omni ornamento nudati, ut non audeant loqui sicut antea, sublimia, imò neque publicam lucem, aut hominum oculos subire.

Quod si hic majus aliquid infortunium consideres, quale est illud, quod sceleratam vitam, et superbos spiritus consequitur, verè impii conticescent in tenebris, quia in carcerem trudentur caliginosus et tetrum; et ibi silent, quia non loquentur inflata illa verba, quæ suæ fortunæ blandis assentati secum meditantur; aut certè quia qui in inferno concluduntur carcere, silere dicuntur, non solum in sacrâ, sed etiam in profanâ paginâ. Psal. 50 : *Erebescant impii, et deducantur in inferno; muta fiant labia dolosa*. Sanè apud profanos, manes, id est, animæ æternis supplicis alligatæ, silentes appellantur; et loca illa inferna silentia et taciturna dicuntur. Sic sanè Virgilius lib. 6 *Eneid.* :

Di, quibus imperium est animarum, umbræque silentes

Et chaos, et Phlegeton, loca nocte silentia late.
Et Ovidius lib. 5 *Fastorum* mortuos silentes vocat:

Mox etiam tremores animas dixere silentium.

QUA NON IN FORTITUDINE SUA ROBORABITUR VIR (1). Vir hoc loco, ut locis aliis plurimis,

(1) *QUA NON IN FORTITUDINE SUA ROBORABITUR VIR*, ut Deo fortissimo prævaleret, vel resistere valeret. Refert hæc ad id quod præcessit, quasi dicat: Idèò Deus pedes sanctorum suorum servabit, quia ipsi cognoscentes infirmitatem suam confisi sunt in fortitudine non suâ, sed Deâ, eumque suppliciter invocârunt; impios verò permisit labi in peccatum, et ruere in gehennam, quia ipsi in fortitudine suâ confisi, opem Dei invocare neglexerunt. Audi S. Aug. in Soliloq. c. 25 : *« Sperabam aliquando in virtute meâ, quæ tamen non erat virtus. Et cum sic volui currere, ubi magis stare credebam, ibi magis cecidi. Quod magis credidi posse per me minus semper potui. Dicebam enim: Hoc faciam, illud perficiam, nec hoc, nec illud faciebam. Aderat voluntas, non erat facultas. Aderat facultas, non erat voluntas, et quam de meis viribus confidebam. Nunc au-*

idem est, quod *quilibet*. Atque idèò sensus erit superioribus consentaneus, neminem esse, cui aliquid contra Dei voluntatem et potentiam, subsidii afferre possit potestas et robur. Atque idèò frustra pugnabit, et stultè contendet, qui obnitente Domino tenere voluerit excelsum locum, quem occupârat priùs: aut justos et pauperes opprimere, quantumcumque fuerint aut à propriis viribus, aut ab externo presidio destituti; cum adversus Deum, qui illorum causam suscepit, et ab illis stat, infirma sit omnis creata potestas, et irrita contentio.

VERS. 10.—DOMINUM FORMIDABENT ADVERSARI EJUS (1), ET SUPER IPSOS IN CÆLIS TONABIT (2).

tem confiteor tibi, Domine Deus meus, quia non in fortitudine suâ roborabitur vir. Non est enim hominis velle quod possit, aut posse quod velit, vel scire quod velit et possit, sed potius à te gressus hominis diriguntur.

Causam dat idem S. August. 17 Civit. 4 : *« Cum enim, inquit, Dominus possidere nos cooperit, protecto adversarius qui noster fuerat, ipsius fit et vincitur à nobis, sed non viribus nostris, quia non in virtute suâ potens est vir. »* (Corn. à Lap.)

(1) *DOMINUM FORMIDABENT ADVERSARI EJUS*, Hebræus: *Dominus destruet adversarios suos, qui sibi resistunt*. Septuaginta: *Dominus infirmum faciet adversarium suum*. (Calmet.)

(2) *« Mystice, tonat in animâ peccatricæ Deus, cum ei injicit celestis, imò ex terrâ fiat cœlum. Nam, ut ait S. Ambrosius, in Ps. 118, serm. 12 : Cœlum dicitur, qui vitam angelorum custodia integritatè exercet, et corpus suum continent sobrietate moderatur. »* Audi S. Hieron. in Ps. 145, v. 5 : *« Multi de terrâ cœli sunt, et multi de cœlo terra. Infelix Judas cœlum cœli, et factus est terra. Paulus Apostolus eo tempore quo persequeretur Ecclesiam, terra erat, confessus est, et cœlum factus est. »* (Corn. à Lap.)

Les ennemis du Seigneur trembleront devant lui; il tonnera sur eux du haut des cieux. Le sens de la lettre est assez clair. Saint Grégoire l'explique des saints, qui sont des cieux spirituels où Dieu habite : *« Leurs paroles sont des tonnerres percutés des Dieux épouvantés les méchants, et il se verse d'eux comme de ses nuées la lumière et la pluie de sa grâce, pour produire dans ces âmes les fruits des vertus. »*

Le Seigneur jugera toute la terre. Il faut nous souvenir sans cesse que Dieu jugera enfin toute la terre. Ne craignons point le jugement des hommes qui ne connaissent point le fond des cœurs; craignons celui là seul qui nous doit juger, et qui jugera tous ceux qui nous jugent. Ce sera alors que Jésus-Christ, qui est maintenant si méprisé sur la terre, et dans sa parole, et dans ses mystères, et dans ses élus, entrera en possession de son éternelle royauté, et qu'il fera assise avec lui sur le même trône tous ceux qui n'auront pas dédaigné de marcher dans la voie de son humilité et de ses souffran-

Hinc putant aliqui Annam esse prophetidem, et non tam quid Deus aut præstitit olim, aut præstare solet, quam quid aliquando facturum sit, velle significare. Quasi præcitat victorias, quas filius Samueel, quem tunc templo, sacroque ministerio consecrârat, auspice, atque favente Deo, consecutus esset contra Philistinios Israelitici nominis inimicos. Tunc gens illa, quæ infensas acies contra Dei populum armaverat, et gravem plagam sæpius intulerat, cum Deum ab Israelitis stare conspexit, subito cohorrui. Astare autem Deum adversariis suis ex eo prudenter conjectare potuit, quia de celo videtur fuisse dimicatum; auditum est enim ingens tonitru, quale sub id tempus insonuisse nos legimus. Sic autem infra, cap. 7, v. 10: *Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philistinii inire prælium contra Israel. Intomuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philistinii, et exterruit eos, et cæsi sunt à facie Israel.* Josephus fulmina addit, terræ gravem motum, et ejus vastum hiatum, de quibus postea pluribus, cum ad hunc locum deducta fuerit commentatio. Quòd ab hoc saltem loco prophetæ Anna, diximus supra ad Iohis capituli initium n. 2, et hoc probamus magis. Illud verò, et ante, *super ipsos*, non est conjunctiva, sed rationalis particula; quasi dicat: Ideò formidabant adversarii, quia Deus è celo tonabit.

Hæc mihi multò probantur magis, quia et ipsa non difficultè veniunt ad textum, et quia magnos habent patronos, quorum nomen omnibus merito suspiciunt. Dicam tamen, quod mihi etiam videtur non difficile, neque illud cuiquam persuasero. Videtur hic Anna non hæc asserere de uno Samuele prophetando, sed de omnibus, qui suis freti viribus, pauperibus et justis, quorum Deus causam et tutelam suscepit, imò et ipsi Deo illorum patrono ac vindici bellum persuasero. Videtur hic Anna non hæc asserere de uno Samuele prophetando, sed de omnibus, qui suis freti viribus, pauperibus et justis, quorum Deus causam et tutelam suscepit, imò et ipsi Deo illorum patrono ac vindici bellum persuasero. Quibus cladem, extremamve fortunam prædicat, sumpto argumento à superioribus seculis, in quibus hostes nimium victoris atque opibus insolentes, ejaclatis de super cum ingente fragore fulminibus extinxit. Quasi dicat: Exinxit olim Deus tonando et fulminando de celo potentissimos hostes, qui contra populum suæ commissum fidel arma sumpserunt; neque minori studio, aut alio successu, eodem modo adversarios sibi populoque egeno ac justo, fulminando conficit. Ubi Hebræorum more supplicia est similitudines, sachant que c'est par cette porte qu'il a voulu lui-même entrer dans sa gloire. (Sacy.)

dinis nota. Quod autem aliquando Deus de celo pro populo in summâ desperatione ac metu dimicaverit, armis uscos celestibus, multa doceant exempla, quæ pro suâ magnitudine ignorata esse Annæ non est verisimile. Primum Genes. cap. 19, v. 24, de celo Deus jaculatus est ignem, quo delagravit temporis momento Pentapolis, quam etiam mare Mortuum absorbit. Deinde contra Ægyptios non semel è celo dimicavit: Exod. 9, v. 25: *Dominus dedit tonitrua, et grandinem, et discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus graninem super terram Ægypti.* Josue cap. 10, v. 11: *Misit super eos lapides magnos de celo usque ad Azeca, et mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percuissent filii Israel.* Item Judic. cap. 5, v. 20: *De celo dimicatum est contra eos: atello manentes in ordine et cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt.* Hinc, credo, ortum est proverbiali formâ, ut magnum aliquid auxiliium, quod à Deo provenit, hoc ipso, aut simili dicendi modo significetur. Sanè nihil ejusmodi accidit Davidi, qui tamen cum sæpè à Deo contra hostes numero ac robore præstantes adjutus esset, similia sibi contigisse prædicat. Sic autem ille Psal. 17, quem ut ex ejus titulo constat, tunc cecinit, quando eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Sait; dixerat v. 8: *In tribulatione meâ invocavi Dominum, et ad Deum meum clamavi. Et exaudivit de templo suo sancto vocem meam. Deinde, cum quale foret divinum auxilium, explicaret, ait v. 16: Intomuit de celo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam, grandis et carbones ignis. Et misit sagittas suas, et dissipavit eos; fulgura multiplicavit, et conturbavit eos. Sic fortassè dùm Anna dicit: *Super ipsos in caelis tonabit*, nihil significat aliud, quam auxilium missum esse de celo, et favente Deo concisum fuisse, aut exanimatum inimicorum exercitum, et principes deturbatos è solo; et pauperes, quique superborum patuerunt opprobriis, in sublimem gradum exaltatos. Hæc mihi non improbabilia; in priorem tamen explicationem prior est assensio.*

DOMINUS JUDICABIT FINES TERRE, ET DABIT IMPERIUM REGI SUO, ET SUBLEVABIT CORNU CHRISTI SUI (1). Hæc item alii prophetice putant ab

(1) Hebr. et Chald. *Messias suo*; adverte Annam esse primam in Scriptura quæ hic exprimat nomen Messie sive Christi; inusque enim in Pentateucho, Josue et Judic. nomen Christi non audivimus. Chald. hæc referens ad tempora Antichristi, Gog et Magog, sic verit: *Faciet ultimum de Gog et Magog, et exercitum gentium*

Annâ prædicta. Quæ plerique de Christo capiunt, cui Deus judicariam dabit potestatem, ut fines terre judicet, quos ante superbi principes moderati sunt, quique regnisceptum, seu potius jugum, non tam suis, quam subditorum humeris imposuerunt. Hos igitur terræ fines longe aliter judicabit ac moderabitur Christus, qui, ut de illo Isaias cecinit cap. 9, totum imperii sui pondus ipse portavit: *Factus est principatus super humerum ejus.* Commodè autem de Christo jam rege ac giudice sermo inducitur propheticus, quia prius depositos esse dixerat è regali, aut regali proximo solo principis, quique de se vana loquebantur et magnifica; pauperes verò et justos exaltatos. Horum magister et exemplar fuit Christus, quo nemo in terris magis ab omni nature subsidio, nemò ab omni dignitatis publicæ splendore atque ornamento nudus. Ad eò ut virorum novissimum, et ut loquantur physici, *minimum quod sit*, vocavit Isaias cap. 55, et ipse Psal. 21, *vermem se appellat, et non hominem, opprobrium hominum, et plebis abjectionem.* Huic igitur Deus tanquam judicij judicariam virgam, et tanquam regi summum tradidit imperium. Spectasse verò in Christo abjecto et paupere, id quod in pauperibus aliis Deus spectare solet, ut illos nempe ex pulvere suscitet et stercore, ipsa statim aperit prophetissa, dùm ait: *Et sublevarit cornu Christi sui*, id est, cujus cornu abjectum et fractum esse vidit illum confirmabit, et in sublimem attollet ordinem et locum. Quid autem sit *exaltare*, seu *deprimere cornu*, paulò ante diximus in principio captis.

In hunc sensum accipiunt Chaldaeus, Abulensis, Hugo, Dionysius, Jansenius, Lyra, et ex parte Theodoretus et Euthymius. Alii hæc de Samuele accipiunt qui judicavit Israel; et de regibus, qui illius loco deinceps rem curaverunt publicam. Et de hoc argumento tertiam *raptorum qui venerunt ex finibus terræ, et dabit fortitudinem regi suo, et multiplicabit regnum Messie sui.*

Topologie S. Augustinus, lib. 7 Civit. 4, hæc attribuit cuiuslibet fidei sancto et beato: hic enim est Christus, id est, nactus, scilicet christe Christi, in Baptismo et Confirmatione, ideòque quasi athleta, victor, rex et triumphator mundi, carnis et diaboli, cum Christo regnabit in celo per omnia secula. Porrò hæc aliter exponit R. Jonathan filius Uziel in translatione sua Chaldaica, cumque sequuntur Rabbinii posteriores, qui negant Christum venisse, unde hæc à Christo detorqueant ad Levitarum successum, potentiam et victorias, quas habuerunt erant sub Samuele, et deinde sub Machabæis, quasi illis Deo revelante Anna præciverit, et hic prædixerit. (Corn. à Lap.)

Abulensis expositionem instituit; et indicat Septuaginta translatio, quæ, pro *rege*, in plurali numero *reges* adhibuit. Neque mihi displicet, si ita hunc locum in cantico postremum interprete, ut Deus auferat imperium à rege non suo, id est, qui consilia sua divinæ voluntati non subdidit, qualis est vir potens et princeps in populis: et tradat regi suo, id est, justo, qui voluntati Dei in gubernando attemperabit suam, viveique, instituetque alios juxta legem sibi datam à Domino. Atque ideò illius cornu, atque potentiam, quam principum arrogantia pessumdat, quò plus habeat auctoritatis, in sublimem locum excitabit. Hic finitur Annæ canticum; deinde peritur Samuelis historia.

VERS. 11. — PRIOR AUTEM ERAT MINISTER IN CONSPPECTU DOMINI ANTE FACIEM HELI SACERDOTIS (1). Reversus est Eleana cum uxore totaque familiâ in Ramatha, et infantem trientem reliquit in templo, ut Leviticam operam navaret sacerdoti, et interim dùm aliqui roboris accederet atantale, sui ordinis ministeris assuesceret. Quid autem in templo tantillus puer prestare poterit, non video; aliquid tamen operæ impendisse sacerdotis imperio, præsens hic locus indicat. Chrysostomus tomo 4 Homil. de Samuele, non exiguum indicat à triennali puero datam operam sacerdoti. Quod ego sic interpretor: Opus sacerdotis est alios ad bonam mentem, et pietatis studium instituire; quare qui ad hunc usum aliquid confert operæ, sive exemplo, sive labore suo, illè sanè cum sacerdote facit, et aliquò illum sollicitudine allevat. Neque ille minus est in conspectu Domini, quam sacerdos, quicumque ille fuerit; quia Deum præsentem habet, et assiduum sibi, cujus studio ac voluntati servit. Quomodo verò

(1) Andi S. Aug. in Psal. 98: « Samuel quid fecit infans ad templum datus? omnes atates et suæ inter sancta sacramenta Dei peregrit, ab inemte ætate famulus Dei. Ipsius contra promittebatur, et potus aqua erat, ait Josephus, et quidem usque ad ejus mortem, » inquit Philo de Nazareat cap. 4, 57. Andi S. Hier. Epist. ad Laetam de Insit. filie: « Anna filium quem Deo voverat, postquam obtulit in tabernaculo, nunquam recepit; indecens arbitrata ut futurus propheta in ejus domo crederet, quæ adhuc alios filios habere cupiebat. Hincque postquam concepit et peperit, non est ausa ad templum accedere, et vacua apparere coram Domino, » et redderet quod debebat: talique immolatio sacrificio reversa domum, quique liberis sibi genuit, quia primogenitum Deo pepere rat. Miraris felicitatem sanctæ mulieris? imitare eam. » (Corn. à Lap.)

hunc usum sacerdoti ac populo præberit, indicat Chrysostomus supra : « Quantùm puero, » inquit, » ætas erat immatura, virtus tamen » aderat matura; nam ascendentibus in templo omnibus multæ religionis ac pietatis » magister factus est. Siquidem illi, dum inquirunt discuntque modum nativitatis illius, » abundè magnum solatium accipiebant spei, » quæ est erga Deum. Neque quisquam viso » puero tacitus descendebat, sed omnes glori- » ficabant illum, à quo præter spem datus » erat. » Hæc Chrysostomus. Sed addo ego, ministrare Samuelem Deo coram Heli, cum modestam docet in templo servari, cum tantillum in conspectu Domini genibus insistit, cum orat et silet, quod in ætatu illa triennali perquam rarum est; cum vixit natus, jam se totum Deo, habitu ipso, si quis erat Nazareis peculiaris cultus, consecratum esse fatebatur. Sanè ephod illud lineum, quod singulis annis accipiebat à matre, aliquid indicabat divino destinatum cultui; et res erat ad pietatis studium perquam gravis, videre infantem illi jam ordini devotum, in quo multa inveniebantur humanæ commoditati contraria. Nazareus enim neque cesariæ tonsione deponit, neque vinum, et quod ex uvâ nascitur, gustare permittitur. Hæc verò populo, qui delicias caplat, et voluptariis sensibus impensè blanditur, magno ad temperantiam incitamento sunt. Alia ministeria infanti Samueh Abulensis attribuit, q. 8, ut, quod custodiret tabernaculum, excubaret ante arcam, aperiret, et clauderet tabernaculi portas. Sed hæc in aliam Samuelis ætatem aptè cadunt, in infantem nullo modo; sicut alia que Vatablus meditat. Ego, si ætatem illam triennem considerem, nullum aliud in Samuele ministerium intueor : sed fortassè hic de aliâ etiam ætate jam magis adultâ sermo est, in quâ in tabernaculi custodiâ ac curâ magno Samuel sacerdoti potuit esse subsidio.

ANTE FACIEM HELI. Quid sonet littera, difficile non est, nempe assistere semper Samuelem Heli, et ab ejus in omnibus nutu pendere; sicut servus dicitur esse coram domino, aut ante domini faciem, ita ut à domini oculis nunquam oculis dimoveat suos. Præterea erat ante sacerdotis oculos, ne quid faceret, quod lateret magistrum, aut quod severa sacerdotis lingua non corrigeret. Quod ut in omni ætate necessarium est, sic etiam maximè cum rudis est ætas, et non aliter quàm mollis cera in variis imaginibus formari potest. Ad morum autem

innocentiam plurimum habet momenti alienos oculos, sive ille sit Dei, qui nusquam abest, quippe intima spectat animi consilia; sive hominis, qui nostra et videat attentè, et acutè corrigat. Senecam audi, qui ad formandos et continendos in officio hominum mores plurimum in hoc documento statuit esse momenti. Qui sic ad Lucilium lib. 1. Epist. 10 : « Sic vive » cum hominibus, tanquam Deus videat; sic » vive cum Deo, tanquam homines audiant. » Et eodem lib. Epist. 11 : « Aliquis vir bonus » nobis eligendus est, ac semper ante oculos » habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, et omnia tanquam illo vidente faciamus. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat animus, quem veneretur, cujus auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad memoriam quoque ejus se componat, atque ordinet ! Elige itaque Catonem : si hic tibi videtur nimis rigidus, elige missioris animi virum Lælium; elige eum, cujus tibi placuit vita et oratio, et ipsius animum ante te ferrens, et vultus illius tibi semper ostende, vel custodem, vel exemplum. »

VERS. 12. — FORAS FILII HELI, FILII BELIAL : NESCIENTES DOMINUM, NEQUE OFFICIUM SACERDOTIS AD POPULUM (1). Quinam sint filii aut viri Belial,

(1) Sensus alter, longè diversus à Vulgatâ, tribui posset Hebræo : *Nescientes Dominum, et hoc officium illorum ad populum, eos qui immolabant victimas. Puer, vel famulus sacerdotis habebat fuscinulam tridentem in manu sua. Vel aliter : Et jus sacerdotum ad populum hoc erat; hoc sibi juris usurpabant. Posterior hæc interpretatio placet nullis; sed et interpretatio Vulgatæ, quæ membri præcedentis negationem repetit, aequè litteræ coheret. (Calmet.)*

Or les enfants d'Héli étaient des enfants de Bélial. Les enfants d'Héli sont appelés des enfants de Bélial, c'est-à-dire, selon saint Jérôme, des hommes sans joug, sans loi et sans conscience. Et il est dit d'eux, qu'ils ne connaissaient ni Dieu, ni les obligations des prêtres envers le peuple. Car il était prescrit dans l'Écriture quelle devait être la part des prêtres dans la distribution de l'hostie qui était offerte, et il est marqué en quelques endroits, que l'épaule et la poitrine leur étaient particulièrement réservées. Mais ceux-ci au contraire en prenaient par force indifféremment tout ce qu'il leur plaisait.

Il avait été aussi ordonné que l'on offrir à Dieu d'abord la graisse de l'hostie; et ils voulaient au contraire que l'on en prit pour eux de la chair avant toutes choses, se préférant à Dieu même dans ce partage; selon qu'il est marqué dans la suite. Ainsi ils renversaient une ordonnance divine, et ils voulaient substituer en sa place une coutume nouvelle et inouïe que leur caprice avait inventé. Ils irritaient et

supra à nobis cap. 1, dictum est. Sunt autem illi, qui aut legis nunquam subierunt jugum, aut cum aliquando recepissent, excusserunt à collo. Qui quò suis obsequantur commodis, aut voluptatibus, nihil habent pensi, quid recta ratio, quid lex humana vel divina præscribat. Quid autem sit *filius Belial*, id quod statim adjungitur, optimè declarat, quod est illius accommodata descriptio. Qui nescit nempe Dominum, id est, qui de Deo non magis curat, ac si Deus non esset, aut certè formatus ex argilla, aut dolatus è ligno, in quo nullus esset spiritus ac sensus. *Scire* autem, *cognoscere*, et similia, in Scripturâ sacrâ idem est, quòd opere complere quod scias. Quòd si ex tuâ cognitione, quæ practica esse debet, nullus sequatur cognitioni consequens, et accommodatus eventus, existimaberis juxta prudentum hominum sensum, nullam habuisse rerum cognitionem, quia illa mortua est, aut otiosa. Quà de re sæpè à nobis dictum est. Eodem modo dicuntur nescire sacerdotum officium, qui licet ritus omnes sacrificiales nossent, longè tamen erant,

ils scandalisaient le peuple en violant les lois que Dieu leur avait données par Moïse; au lieu que c'étoit à eux à les faire observer aux autres avec une exactitude religieuse. (Sacy.)

« Une plainte (des incrédules) contre les » prêtres, c'est que, sous Héli affaissé par les » ans, ses enfants commettaient les plus grands » excès, des exactions, des impudicités : cette » licence et cette tyrannie produisirent enfin » une révolution; le peuple, las des prêtres, » demanda un roi. »

Idè la chronologie est aussi maltraitée que l'histoire.

1^o Entre le sacerdoce de Phinée et le gouvernement d'Héli, il s'est écoulé plus de trois cents ans : il y a eu douze juges ou chefs de la nation qui n'étaient pas prêtres. Débora, juge du peuple, était une femme. Entre Phinée et Héli, il y eut six pontifes auxquels l'histoire n'attribue aucune autorité civile; ils n'ont donc pas pu contribuer à la corruption des mœurs par un mauvais gouvernement.

2^o Les plaintes mêmes formées contre la conduite des enfants d'Héli démontrent que la corruption n'était pas générale; que lui-même n'avait donné lieu à aucun reproche; jusqu'à l'âge de quatre-vingt dix ans, ce vieillard avait toujours honoré sa dignité de grand-prêtre par une vie irréprochable. Son seul défaut fut d'avoir eu trop d'indolence et de mollesse pour châtier et corriger ses enfants.

3^o Ce ne fut point sous Héli que le peuple demanda un roi, mais sous Samuël. Or Samuël n'était pas grand-prêtre, quoique de la tribu de Lévi et de la famille de Caath. Le peuple ne se plaignit point de son gouvernement, mais de la conduite de ses enfants lorsqu'il fut avancé en âge. Où sont donc les preuves du mauvais gouvernement des prêtres? (Duclot.)

ut illos in sacrificando religiosè servarent, ut docent que mox dicuntur.

VERS. 13. — SED QUICUNQUE IMMOLASSET VICTIMAM, VENERAT PUER SACERDOTIS DUM COQUERENTUR CARNES, ET HABERAT FUSCINULAM TRIDENTEM IN MANU SUA. Multa peccabant hi duo sacerdotis et sacerdotis magni filii, qui hoc loco sacerdotis vocantur pueri. Primum, quia cum ex victimâ tantum sacerdoti deberentur pectusculum et armus (ex victimâ, inquam, pacificâ, de quâ hic videtur esse sermo (Levit. cap. 7), ipsi tamen aut respuebant has partes, ut alias, quæ sibi magis erant ad palatum, acciperent; aut cum ipsis alias etiam tollebant è solidâ victimâ, quæ vel ad Deum de more, vel ad victimarum dominos pertinerent. Et id multò magis videtur ad litteram; nam dum carnes de more coquerentur, sacerdotis pueri, Ophi videlicet, et Phinees, aut certè eorum nomine pueri in eam curam missi, cum tridente fuscinulâ capiebant ex lebe, vel ollâ, semicotas carnes, quascumque ferreum illud trisulcum instrumentum extraheret; ut deinde, prout sacerdotis illi vellent, attemperatè ad illosum palatum variè condirent, contra quam lex statuabat antiqua; quæ non aliter quàm assas, aut elixas immolatas carnes comedi jubebat. Neque hoc faciebant cum uno, aut altero sacrificantium; sed quæsi hoc esset in re sacrificii legitimum, nemo ex toto Israele, qui sacrificium ascendere in Silo, hanc sive vim, sive injuriam decernare poterat. Sic, inquit, faciebant universo Israele venientium in Silo.

Porro, ut paulò antè dicebam, hæc intelligenda sunt de victimâ pacificâ, cujus pars aliqua ad Deum, aliqua ad sacerdotem, aliqua ad victimæ dominum pertinebat, ut liquet ex Levit. cap. 5, ubi v. 9 prescribitur quid Deus ex victimâ pacificâ sibi servatum velit. *Offerent, inquit, de pacificorum hostiâ sacrificium Domino adipem, et caudam contra quam renibus, et pinguedinem que operi ventrem, atque universa vitalia, et utrumque rennucium cum adipe, quæ est juxta liliâ, reticulumque jecoris cum rennuculis, et adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis et oblationis Dei. Ad sacerdotem verò pertinebat pectusculum et armus dexter. Levit. 7, v. 31 : Pectusculum autem erit Aaron, et filiorum ejus : armus quoque dexter de pacificorum hostiâ cedet in primitiis sacerdotis. Quidquid præterea est reliquum, id totum victimarum domino relinquatur, ut habes statim v. 16.*

Ex victimâ pro peccato adipem, et reliqua,

quæ ex hostiâ pacificâ, Deus sibi vindicat; et præter hæc etiam eandem; Levit. 7, v. 3: *Offerret ex eâ caudam et adipem, qui operit vitalia, duos reniculos et pinguedinem quæ juxta illa est, reticulisque jecoris cum reniculis. Et adolebit ea sacerdos super altare; incensum est Domini pro delicto.* Reliquum ad sacerdotes pertinet, neque ex eâ quidquam sibi sumit, qui victimam obtulit. Statim v. 6, holocaustum totum est Dei, quia totum in altari comburitur, unde nomen accepit. Quare cum de holocausto nihil posset sumere sacerdos, neque illud coqueretur in ollâ, sed totum assaretur et consumeretur igni, non erat locus tridenti fuscinate, quæ carnes extrahebantur ex ollâ. De victimâ pro peccato, non erat quod reprehenderetur sacerdos, si inde sumeret quidquid vellet, cum demptis adipem et caudâ, reliqua cederent in sacerdotum epulas. Quare quæ hæcenus dicta, de pacificâ victimâ intelligenda sunt. De his quæ sequuntur, fortassè alia ratio est (1).

VERS. 15. — ANTEQUAM ADOLERENT ADIPEM, VENIEBAT PUER SACERDOTIS, ET DICEBAT IMMOLANTI: DA MIHI CARNEM, ET COQUAM SACERDOTI. Primum ex sacrificiis offerebatur Deo id quod sibi ipse vindicabat è victimis: adeps videlicet, et illud de quo paulo ante in sacrificio pacifico et pro peccato dicebamus. Quod etiam institutum apud urbanos et bellos in conviviis observari cernimus. Primum enim aut ferculum, aut poculum illi porrigitur, qui aliquo in ordine superior est; quod omen esse posset bene instituti atque auspiciati convivi. At isti irreligiosi et inurbani sacerdotes sumebant sibi primum in eo symposio, inò et alienum ferculum; nam antequam adoleretur adeps, car-

(1) IN LEBETEM, VEL IN CALDARIAM, AUT IN OILAM, SIVE IN CAGREM. Quatuor etiam voces exhibentur in textu originali, hæc autem vasa distinguebantur facile inter se vel figurâ, vel usu, vel materia; sed discrimen illud accuratè definiti vix ac ne vix quidem posset. Ex his autem intelligimus, moris fuisse apud Hebræos ut carnes hostiæ pacificorum ex aquâ coquerentur; quod non obtinebat apud Græcos aureis seculis, ut Athenæus animadvertit: *Homerus immolans boves, nec juscula parat, neque elizat carnes aut cerebrum, sed intestina ventresque assat; adeo prisce moris tenax fuit.* Et Servius ad illud Virgilio *Æneidos* 1: *Littore aliæque locant alii;* scribit aliæ non ad usum elixandi carnes, sed pedes lavandi, destinata fuisse: addit verò: *Heroici enim temporibus carne non resebantur elizâ.* Contrarium innuere videtur Hesiodus, vetans ne carnes sumantur nondum sanctificatæ ex aheno.

(Calmè.)

nes è victimâ crudas extorquebant; neque incredibile est, quæ erant impudentiâ, et vite turpitudine, cum carnibus etiam abstulisse adipem et illa omnia quæ Deus è totâ hostiâ sibi reservarat. Quod ego tam de victimis pacificis, quam de illis quæ pro peccatis immolantur, intelligo: in utraqûe enim, quod est in victimâ pingue, comburitur, et adoletur Deo.

VERS. 16. — DICERATQUE ILLI IMMOLANS (1): INCENDATUR PRIMUM JUXTA MOREM HOMINE ADEPS, ET TOLLE TIBI QUANTUMCUMQUE DESIDERAT ANIMA TUA. Modestissimè immolantes sacerdotum audaciam, et nimis intemperantem ingluviem cohibebant: neque enim negabant aliquid ex eo quod ad se de totâ pertinebat victimâ (quod de pacificis erat, ut diximus), quidquid erat reliquum, præter adipem, quem Deo, et humerum atque pectusculum, quæ sacerdoti lex sacrificialis designabat. Tantum enim orant, ut legitime Deo, quidquid illi debetur ex immolâtâ victimâ tribuatur, incenso prius adipem: de reliquo enim non laborant, libenter sicut se laturos, si à sanctificatâ, sibi quæ lege destinâtâ carne, jejuni redeant. Sed nihil profecti hæc tam modesta atque humilis supplicatio apud eos qui non solum pudorem apud homines, sed etiam apud Deum omne abjecerant Religionis officium.

Cur autem immolantes tam delecti ex victimâ, in quâ tanquam in imagine, persona et

(1) *Celui qui immolait lui disait: Que l'on fasse brûler la graisse de l'hostie selon la coutume. Il parait par là que le simple peuple étoit plus religieux envers Dieu que ces mauvais prêtres. Il conservait toujours beaucoup de respect pour leur dignité, et il témoignait leur vouloir être soumis en tout, pourvu qu'ils ne fussent pas ce qui étoit expressément défendu par la loi de Dieu. Et c'étoit cela même que ces ministres intéressés exigeoient d'eux. Ils s'étoient fait une règle contraire à la loi de Dieu. Ils voulaient qu'elle fût suivie, et ils menaçoient de violence ceux qui ne s'y rendraient pas.*

Les enfans d'Israël n'exerçoient pas par eux-mêmes cette domination si injuste; ils en donnaient le soin à ceux qui étoient à eux. Mais l'Écriture ne distingue point ce que nous faisons par nous-mêmes, d'avec ce que nous laissons faire à ceux qui nous sont soumis, et dont nous sommes responsables. Ainsi, ce seroit en vain que les premiers ministres de l'Église auroient l'intention pure et droite dans l'administration de leur charge, si la conduite de ceux qui agissent sous leurs ordres étoit violente ou intéressée, puisque non seulement ceux qui commettent l'injustice, mais ceux même qui y consentent en sont coupables, selon saint Paul. (Sacy.)

studium immolantis exprimitur, adeps et renes non immolentur priusquam reliqua in usum hominum veniant, illa potest moralis assignari ratio, quam in Epist. 128 ad Fabiolam tom. 5, adducit Hieronymus; qui in adipe, qui vitalia cooperit, et renibus, qui Deo ex victimâ primum omnium adoleant, aliquid agnoscit mysticum: de cordibus enim cogitationes exeunt, in renibus concupiscentia est. Hæc igitur primum omnium immolanda sunt Deo, in quibus totus sacrificatur homo, et fons totus libatur, unde reliqua profuunt, ex quo libamenta alia atque opera vim accipiunt moralem, quæ placatur Deus, et ita afficitur in alia, ut illi odorem suavitatis inhalent. Quare jure plus quam optimo dolent, qui orant, ut primum adoleatur adeps et præcordia; ne si hæc prius Deo oblata non fuerint, reliqua, utpote minus ordinata, displiceant. Hæc verò igne cremantur, et non nisi in altari, cujus ignis est sacer, quia celestis ignis, qualis est Spiritus sanctus, aut qui est à charitate, omnem in renibus atque præcordiis humorem debet exurere, et quæ inde ebulliunt cupiditates elidere.

QUI RESPONDENS AIEBAT EI: NEQUAQUAM; NUNC ENIM DABIS, ALIOQUIN TOLLAM VI. Hinc apparet intolerabilis sacerdotum insolentia et stupor, qui non jam simulatè, sed aperte vim propè afferunt hostilem et primum indebita sibi postulant, et quæ Deo debentur, aut præstari omnino velant, aut certè tempore non suo, id est, posteriori. Quod perinde faciunt, ac si negarent ante omnia Deo offerendum esse cor, unde efficerent, quantum in se est, ut negato corde, à quo accipiunt dona, ut grata Deo sint, reliqua ingraturum aliquid et molestum aspirant. Quod si profanus aliquis auderet, nemo sanus et pius ferendum putaret, quanto minus cum sacerdos faciat, cujus est populo conciliare Deum, et quæ Dei sunt, accuratè prestare? Obtulit Cain oblationem Deo, ingraturam tamen, quia malè divisit, quæ sibi se reservavit totum, et quæ extra se erant, obtulit Deo. Contra verò Abel, quia seipsam obtulerat prius, gratum Deo ex suis obtulit sacrificium. Fecit verò maxime ad hunc locum explicandum, quod Abel de primogenitis dicitur obtulisse victimas, et de eorum adipibus sacrificasse. Ex quo intelligi potest, jam inde à primâ mundi constitutione primogenita sibi Deum è gregibus, et ex animalibus adipem elegerit, in quibus cor intelligitur, et præcordia; in primogenitis enim optimè cordis

exprimitur natura, quia ut primogenitus primum in nascendo nactus est locum, sic etiam in animali primum vivit cor, et in moralibus cordis intentio, ex quâ moralem vim et naturam actiones sibi sumperunt humane. Ubi Vulgatus de Cain. Genes. 4, v. 7: *Nonne si bene egeris, accipies; sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit?* Septuaginta legunt: *Nonne si rectè offeras, malè autem offeras, peccasti?* Ubi peccati arguitur Cain, quod non bene se ac sua in sacrificando diviserit, quia nimirum typicum adipem, id est, cor negavit Deo et sibi retinuit, et quæ extra se ipsam erant, quæ Deus sine corde non admittit, ad altare detulit. Quid autem sit malè dividere, explicuit Ambrosius lib. 2 de Cain, et Abel cap. 6 et 7: « Non quantitas oblationis, sed animus reddentis et qualitas consideratur, et affectus. Rectè igitur Cain obtulit, quia oblatio insigne devotionis, et indicium gratiarum est; sed non rectè divisit, quia ante omnia Deo debuit deferre primitias, ut à gratiâ inchoaret auctoris. » Rupertus lib. 4 Commentariorum in Genesim cap. 2: « Cain cum Deo offerret sua, seipsum sibi retinuerat, repositum habens in cupiditate terrenâ. » Hujusmodi portionem Deus non accipit: sed præbe, inquit, illi, cor tuum mihi; at Cain cor suum retinuit sibi, et fructus terræ obtulit Deo. Abel autem primò cor suum, deinde rem suam, etc. Ex quo sequitur perquam aptè ad nostram cogitationem, quod proxime succedit: *Respexit Dominus ad Abel et ad munera ejus, quia in primogenito et adipe seipsum obtulerat.* Atque ideo quæ deinde ex tali oblatione nata sunt, quia offerentis secum portabant animum, non poterunt esse non accepta. Non autem respexit ad Cain, quia Deo non fuerat oblatum, atque ideo neque respexit ad munera, quæ non erant typico, de quo prius, adipem condidit, quia longè à muneribus aberat animus.

VERS. 17. — ERAT ENIG PECCATA PURBORUM GRANDE NIMIS CORAM DOMINO: QUIA RETRAHEBANT HOMINES A SACRIFICIO DOMINI (1). CUM

(1) Regia legunt: *Quia detrahebant homines sacrificio Domini.* Hebræus habet: *Niatu*, id est, ut Chaldaus et Septuaginta, *sperebant*, despectu habebant, abominabantur sacrificium Domini, videntes illam irreligiosam avaritiam et gulam sacerdotum. (Corn. à Lap.)

Codices mss., editiones Latinae, et nova editio S. Hieronymi ferunt: *Detrahebant sacrificio Domini.* Eadem est Hebræi sententia: *Contemnebant viri sacrificium.* Dieterici populi causam filii Heli præbebant. Landinus, qui im-

alias ob causas filiorum Levi peccatum esset grave, tum quia ex sacrificiis illa sumebant sibi, quæ non tribuebat templi sacrorumque religio; deinde alia ante legitimum tempus, id est, antequam adeps et præcordia offerrentur Deo, et alia praeque, quæ hanc interperantiam et injuriam sequebantur, aut inerant; meminit tamen scandali, quo aut pietatem retardabant hominum, aut studia sacrificantium morabantur. Quod cum in aliis non leve sit peccatum, in sacerdotibus non poterat esse non gravissimum, quorum id est munus, ut pietatis ac religionis studia promoveant, et homines, si in officio pietatis implendo frigere contingat, illorum acuant desideria, et prorsus inflamment. Homines verò ideò à templo absterbantur et sacris, quia videbant nihil in sacris fieri legitime, neque eo ingenio esse sacerdotes, ut eorum commodis consultum esse velent, cum optare potius debuerint, ut malè illis esset, quorum mores et vitam non probabant. Alia deinde horum sacerdotum ostenduntur flagitia, quæ Religioni incommodarant plurimum; de quibus nos suo loco pluribus. Vide in nostris Commentariis super Oseam cap. 5, gravem Domini reprehensionem contra sacerdotes, quia scandalo fuerunt aliis, quominus ad templum victimas, ut ante, deferrent. *Audite hoc, sacerdotes, etc., quia vobis iudicium est: quoniam laqueus facti estis speculationi, et rete expansum super Thabor; et victimas declinastis in profundum.*

VERS. 18. — SAMUEL AUTEM MINISTRABAT

pressioni Vaticanæ præsidebat. Morellum impressorem Antuerpiensem per litteras datas die postremâ Julii anno 1604, admonuit, hoc mendum, retraherent pro detraxerant, irrepressissimum in editione Sixti, tum in olim Clementis VIII, atque ita demum in omnes alias posteriores Latinas Bibliorum editiones derivatum.

Ainsi le péché de ces enfants d'Héli étoit très-grand, parce qu'ils détournaient les hommes du sacrifice du Seigneur. Le péché des prêtres est beaucoup plus grand que celui des autres, parce qu'il est capable d'ébranler les fondemens mêmes sur lesquels la Religion est établie. Car les hommes se portent aisément dans l'oubli de la foi et dans le mépris des choses saintes, lorsqu'ils voient que ceux qui en sont les ministres les traitent indigne, et qu'ils apprennent aux autres à les regarder indifféremment par le peu d'estime qu'ils en font eux-mêmes. C'est ainsi que les peuples sont tentés de se délier de leur créance, et qu'il leur vient quelquefois dans l'esprit que leur religion n'est peut-être qu'une invention humaine, en voyant que ceux qui en ont la principale autorité commencent leur injustice et leur intérêt de l'apparence du culte de Dieu. (Sary.)

ANTE FACIEM DOMINI, PUER ACCINCTUS EPHOD LINEO (1). Quo modo Samuel adhuc tantulus ministrare potuerit in templo, et Leviticam operam navare sacerdoti, diximus supra, cum explicarem eadem propè verba v. 11. De Ephod aliquid hoc loco necessario dicendum. Et primum, quærendum, an Levitis aliquid certum esset indumenti genus, quod illos à laicis atque vulgari turbâ secerneret. Mihi certum est, Levitis nullam à lege designatam vestimentorum aut formam aut materiam; cum tamen si qua foret Levitarum specialis vestis, non videretur omittenda his in locis, in quibus de Levitarum consecratione satis videtur actum esse minutim, Numer. cap. 8, v. 6. Neque sacerdotes ipsi extra templum, sacrificaleque ministerium, ullam privatam haberent vestem, et à vulgari diversam. Quæ de re nos plura in nostris Commentariis super Ezechiel cap. 44, v. 17, et cap. 42, v. 14. Erant autem vestes illæ lineæ, neque quidquam laneum in sanctuarium inferri fas erat, Levit. 16, v. 8; Exod. 28, v. 40, et clariss. Ezech. cap. 44, v. 19: *Cumque ingrediantur portas atrii interioris, vestibus lineis induantur, nec ascendant super eos quidquam laneum, quando ministrant in portis atrii interioris, et intrinsecus. Illas porrò vestes extra sanctuarium auferre non licebat, etiamsi aliquid fieri oporteret, quod aliquid esset, aut appareret sacrum, Levit. 6, v. 10: Vestietur tunicâ sacerdos, et feminalibus lineis, tolletque cineres, quos vorax ignis exussit, et ponens juxta altare expoliabitur, indutusque aliis, efferet eos extra castra. Idem Ezech. cap. 40, v. 14. Quare sacerdos egressus è sanctuario, nullo signo distingebatur à laicis seu populari turbâ. Ita Josephus lib. 6 de Bello cap. 6, ubi sic de sacerdotis ornatu loquitur, ut dum sacris non operatur, dicat nullo modo à plebeio secerni. Loquitur autem de sacerdotibus cæcis, qui propter illud naturæ vitium, non jam amplius obeunt sacrificale ministerium: *Qui ex origine sacerdotum genus ducentes cæcitate causâ munere non fungebantur, cum incubumibus intra limitem aderant, partemque generis consequerantur, vestibus tantum utebantur plebeis,**

(1) Tropol. B. Petrus Damian. l. 2. Ep. 10: *Linum, ait, laboriosè pervenit ad candorem, et et clerici modo literarum studiis insudando, et modo quibusdam gradibus ascendendo, difficile promoventur ad sacri ordinis dignitates.* Et S. Greg. hic: *« Bonè, inquit, Sacerdotis vestis lineâ fuisse perhibetur, ut novi sacerdotis gloria aperte ostenderet, quod novæ pudicitia moribus splenderet. »* (Corn. à Lap.)

quoniam sacerdotali solus, qui sacra celebrabat, amiciebatur.

Erant igitur vestes illæ sacræ, quæ non efferentur è sanctuario, neque adhibebantur, nisi ad altaris sacrorumque ministerium, sicut vestes illæ que in ecclesie sacrario ad sacros usus servat editi; quæ non erant tam sacerdotum comparate sumptibus, quàm à reum sacrarum curatoribus ad sacerdotales usus concinnate. Sanè, ut auctor est Josephus lib. 8 Antiq. cap. 2, non longè ante medium: *Salomon stolas sacerdotales è bysso fieri curavit, cum decies mille zonis purpureis; item alias stolas byssinas Levitis hymnorum cantoribus numero ducenta millia. Quâ ratione cum tempore Moysi nullum Levitæ habuerint certum indumenti genus; secus autem tempore Davidis et Salomonis, et quando tabernaculum in Chanaanitide regione consedit, docet Abulensis in hunc locum.*

Observandum præterea duplex esse ephod, quod aliquando Hieronymus *superhumeralis* vertit. Septuaginta converterunt *ἐπιπλάνα*. Alterum pretiosum, varium, multicolor, quod uni concessum est sacerdoti maximo, quod latè Exod. cap. 28, describitur; alterum est lineum, quod assumebant sacerdotes, cum suum sacrificii causâ atrium ingrediebantur; et in eodem ministerio, ac loco ephod item lineo utebantur Levitæ. De sacerdotibus est illud 1 Reg. cap. 22, ubi ad imperium Saülis à Doeg Idumæo occisi dicuntur octoginta quinque sacerdotes vestiti ephod. Hæc porro vestis non videtur fuisse sacra, quando illa usi videntur qui neque sacri erant, neque è sacerdotali genere. Sanè eâ indutus erat Samuel, antequam ad eam ætatem pervenisset, ut consecrari Levita possent. De consecratione Levitæ habes Numer. cap. 8, v. 6, et v. 24, ubi dicitur, ne ante annum vigesimum quartum sacrificandi gratiâ in tabernaculum ingrediantur. Et David cum non esset à sacerdotali genere, ephod tamen lineum, quali, opinor, utebantur Levitæ ac sacerdotis, induit; de quo 2 Reg. cap. 6, v. 14: *David saltabat totis viribus ante Dominum. Porro David erat accinctus ephod lineo.*

Cur in eâ ætatulâ Samuel haberit ephod, cum tamen neque consecratus fuerit Levita, neque per ætatem consecrari potuerit, ea videtur ratio assignari posse: Quia sicut David ante arcam operam sumpsit aliquo modo sacerdoti, atque ideò vestem aliquo modo sacram, certe religiosam indutus est, sic Samuel, quia in tabernaculo erat sacerdotis minister,

§ S. IX.

indumento potuit aliquo modo sacro vestiri. Neque quisquam posset, considerata Samuelis ætate, suspicari, illum esse ministerio Levitam, licet esset ex genere Leviticæ; sed et vestimentum genere, aut quid amaret puer, aut ad quod vellet vite genus institui. Sicut in Hispaniâ, et aliis etiam, ut opinor, provinciis, matres filios suos adhuc infantes monachali habitu induere solent, ut à primis annis Religionem ament, et quoad ferre posset infantilis ætas, religiosis moribus assuescant. Adde, quod Anna filium illum sciebat sibi datum à Domino, atque ideò speciali voto Deo consecrârat. Id verò Anna significare voluit tunicâ illâ lineâ, quæ non tam Levitam esse filium, quàm futurum ostenderet; quod non ignorabat sacerdos Heli, atque ideò ferebat non invitus. Historia Scholastica in lib. 1 Reg. cap. 4, ephod illud lineum propheticum esse dicit, non sacerdotale. Sed neque tunc Samueli prophetici spiritus ullum præbuerat documentum, neque vestis lineæ erat prophetarum insignis; sed saccus cilicinus, aut plium saccinum, ut docuit Zacharias cap. 13, v. 4, ubi nos eâ de re pluribus. Quale habuit Isaias, cap. 20, et Elias 4 Reg. cap. 1. Theodoretus q. 8, putat id Samueli concessum ab Heli, quia in illo aliquid videbat eximium effluens. Sed ille de eo videtur agere ephod, quod uni sacerdoti concessum est.

Illud mihi videtur minus abs re, concessum esse à sacerdote summo Samueli; ut in tabernaculo coram Deo, seu ante faciem Domini, id est, in interiori atrio ministraret, quò non quivis è populari turbâ, qualis tunc censeri poterat Samuel, admittebatur.

VERS. 19. — ET TUNICAM PARVAM FACIEBAT EI MATER SUA, QUAM AFFEREBAT STATUTIS DIEBUS (1). Quam prius appellârat ephod, nunc tunicam illam appellat parvam, si modò illa tunica erat è lino, et non potius è lanco textu consuta, aut maternis manibus operæ textili aut suttili confecta. Abulensis in hunc locum ephod esse

(1) Rabbinorum quidam puerilem hanc animadversionem formant in textu: censent enim matrem Samuelis parvam hoc pallium apud se retinuisse, utpote quod pretiosissimum fuisse putant, nec eò fuisse nisi diebus festis, cum scilicet filio pretiosâ eâ veste utendum esset, statimque secum infisse. Contraria omnia opinatur Drusius, ratus singulas normas vestes singulis solemnibus festis à matre allatas fuisse. Quorsum hæc? nonne satis erat vestes pro necessitate matrem sufficere? an non hæc significationem pronâ textus littera admittit?

(Calmet.)

putat; ego eò magis inclino, ut putem aliud quidvis esse potius quam ephod. Primum, quia Hebraice non est ephod, sicut proximè, sed *mehil*. Quod statim adnexit tanquam aliquid diversum. *Mehil* autem varii variè convertunt. Vulgatus modò vestem, modò *unicam*, aut *palium* transferi. Neque minus sollicita esse debuit mater de vestibus, quæ infantile corpus calefacerent, quæque non videbantur sacerdotis impendio comparandæ, quam de stola, sive ephod lineo, quod nullo suo sumptu è tabernaculo accipiebant Levitæ. Et cum in tabernaculo tantum sacroque ministerio ephod gestare sacerdotibus, ac Levitis liceret, non tam usu detereretur ac consumeretur ephod, quam vestes aliæ communes, quæ gestantur ubique, et ad omnes alias functiones adhibentur. Quare de illis à matre singulis annis provisum oportuit.

VERS. 20. — ET BENEDIXIT HELI ELCANÆ ET EXORI EURS (1). Cùm multa significet *benedico*, interdum tamen neque infrequenter idem valet, quòd *benè precari*. Habebat autem sacerdos præscriptam à Deo, et quasi legitimam benedicendi formam. Sic autem Deus ad Aaron et filios ejus Num. 6: *Benedicite filiis Israel, et dicitis eis: Benedicat tibi Dominus, et custodiat te; ostendat Dominus faciem suam tibi, et miseretur tui: convertat Dominus vultum suum ad te, et det pacem tibi*. Et hanc sine dubio benedictionem duobus conjugibus imperitus est Heli: *Reddat tibi Dominus, etc.*

Hæc opinor tunc esse dicta, cùm puer primùm adductus est in Silo, et templo consecratus, et sacerdotis curæ atque tutelæ creditus. Hæc verò per recapitulationem dicta sunt, sive quod idem firmè est, præteritum perfectum pro plusquam perfecto ponitur, quod accidit in Scripturâ non rarò. Quà de re nos pleribus in cap. 5 Danielis ad illud v. 49: *Angelus autem Domini descendit in Asaria*. Quod idè accidit sæpius, quam in aliis plerisque linguis, quia apud Hebræos una tantum vox esse utriusque temporis communis. Quare sensus est: *Benedixerat Heli jam ante Elcanam. Quam cogitationem confirmat, quòd statim ratio additur, cur oportet præcurturque sacerdos, ut Deus Elcanam et uxorem ampliori postea fetu nobilitet, quia quem habuerunt primogenitum, tam liberali manu consecraverunt Deo, et à se*

(1) Referenda sunt hæc supra post finem orationis Annæ inter versiculum 11 et 12. Post oblationem Samuelis, Heli utriusque parenti benedixit, qui ad propria remeârunt. (Calmet.)

ipsis prorsus abdicârunt. Id verò factum est, non cùm singulis annis novus à matre afferretur amictus, sed cùm primùm trienniali ætate Samuel deductus est ad templum.

REDDAT TIBI DOMINUS SEMEN DE MULIERE HÆC PRO PŒSORE, QUOD COMMODASTI DOMINO (1). Observat Chrysostomus homil. 5 de fide Annæ, dici hoc loco Deum non tam dare, quam reddere, quasi fenori Samuelem accepisset, qui sicut pecunia creditori usuras, sic ille parentibus aliquod in eodem genere incrementum pareret. « Initio, inquit, cap. 1, v. 17, non dixerat: *Reddat tibi, sed: Det tibi Deus*: verùm posteaquam illa Deum fecerat debitorem, ait: *Reddat*, bonam de futuro spem præbens. Etenim si dedit, cùm nihil deberet, multò magis redditurus est, postquam accepit. » Hic porrò observandum, uxoris voto et pietatis studio consecratum esse Deo Samuelem; et tamen dictum ab Elcanâ parente accommodatum esse atque oblatum Deo; et idè pro illo fenore susceptum ex Annâ conjugè, fuisse felicem et numerosam sobolem. Quia licet Scriptura sacra non exprimat clarè, satis tamen indicat illius voti Elcanam exortem non fuisse. Et quidem cùm contradicere vir potuerit uxoris voto, et illud facere irritum et vanum, ut habes Numer. 30, v. 11, cùm Elcanâ ratum esse voluit Annæ promissum, ipse quoque cum illâ nupcâsse votum existimandus est.

VERS. 21. — ET CONCEPIT, ET PEPERIT TRES FILIOS, ET DUAS FILIAS. Sicut terra, quæ felicem habet et uberem glebam, multò plus reddit, quàm accipit, imò nonnunquam cum proventu centuplo, sic etiam Deus quod accipit, quasi debitor esset homini, et non potius etiam in accipiendo creditor, pro uno Samuele, quinam parentibus reddidit prolem. Observat autem Chrysostomus loco, de quo proximè, Samuelem ex predicatione, reliquos autem ex benedictione originem duxisse. Ea est enim benedictionis vis atque potestas, ut fecundam reddat vultur ante conclusam, et domum ædificet, quam sterilitas assurgere non sine

(1) Relegendus est postremus versiculus capituli præcedentis, in sensus horum verborum attingatur. Anna summum Sacerdotem affata dicebat: *Pro puero isto oravi, et dedi mihi Dominus petitionem meam: idcirco et ego commodasti eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino*. Respondet hic Heli, sermone sum ad Elcanam convertens: *Reddat tibi Dominus semen de muliere hæc pro fenore, quod commodasti Domino*. (Calmet.)

nat. Et quia hos non solum conjugalis congressus, sed etiam sacerdotalis benedictio; idè hi non solum duorum conjugum, sed etiam sacerdotis filii vocari possunt. « Totus, inquit, mulieris fructus sanctificatus est. Atque hic primogenitus (fructus feminæ virtuti debebatur; alter verò mulieris ac sacerdotis erat communis (1). »

VERS. 22. — HELI AUTEM ERAT SENEX VALDE, ET AUDIIT OMNIA QUÆ FACIEBANT FILII SUI. Aperitur via, ut cognoscatur Samuelis animus spiritu instinctus esse prophætico. Quæ verò hoc loco dicuntur, longè post hæc tempora contigerunt, postquam Samueli plesculum jam accesserat ætatis. Josephus lib. 5, cap. 11, duodenum tunc fuisse tradit; fortassè hæc tunc erat Hebræorum traditio: neque enim vulum habuit ex Scripturâ sacrâ fundamentum. Sed est satis verisimile, quia si ætate tunc esset magis tenera, non videbatur illi id oneris imponendum à sacerdote, ut in tabernaculo dormiret, et aliquod ibi nocturnum obiret ministerium, de quo sequenti capite. Tunc autem Heli senex erat valde, et idè graviore curas, quæ ad templi rei publicæ administrationem pertinebant, filiis suis permisit; à quibus illa admitti flagitia quotidianis querimoniis audiebat. De quibus paulò ante, et statim aliquid.

ET QUOMODO DORMIEBANT CUM MULIERIBUS, QUÆ OBSERVANT AD OSTIUM TABERNACULI. De hoc sec-

(1) VERS. 21. — MAGNIFICATUS EST PUER SAMUEL APUD DOMINUM. Hebræus: *Grandis evasit cum Domino, ope et auxilio Dei; vel ætate pariente et juvante; vel denique magnum se præstitit et commendabilem servitio quod Domino præstabat*. (Calmet.)

ET MAGNIFICATUS EST PUER SAMUEL APUD DOMINUM, hoc est, crevit ætate, sapientiâ et gratiâ, non tantum apud homines, sed et apud Deum, ut explicat v. 26. Unde Samuel fuit typus Christi, de quo ait Lucas c. 2, v. ult.: *Jesus proficiebat sapientiâ, et ætate, et gratiâ apud Deum et apud homines*. Tropol. S. Greg.: « Notandum, inquit, est, quòd puer Samuel dicitur et magnificatus. Cur ergo puer, nisi quia humilis? Et cur magnificatus assertur, nisi quia ad perfectionis celsitudinem erat sublimatus? » Et ad novæ legis prædicatores idipsum adaptans: « Puer, inquit, et magnificatus in conspectu Domini Samuel dicitur, quia novus ordo prædicatorum etsi ad magne conversationis celsitudinem pervenit, humilitatis suæ virtutem non perdidit. Magnificari quoque non prodesset, si puer esse desisteret, quia humilitate amissa, placere omnipotenti Deo de conversationis altitudine non valeret. » (Corn. à Lap.)

tere multa multi dicunt (1). Quidam hoc scelus esse somniârunt, quòd feminæ aut egebantur, aut permittebantur expurgatorias, aut piaculares oblationes omittere, quas à partu in tabernaculum deferre consueverant; et ante impletum purgationis tempus à lege constitutum cum viris suis conjugales inire congressus. Ita quidam ex Hebræis, ut tradit Hieronymus in Traditionibus Hebr. super lib. 4 Reg. Sed est verior communiorque sententia, sacerdotes ipsos filios Heli ad nefarium illud sacrilegumque flagitium cum sacris Deo feminis, aut certè quæ religionis causâ ad tabernaculum confisterant, miscuisse corpora et domum illam ac venerabile sacrarium impuro illo contaminasse commercio.

Sed est adhuc obscurum, quænam fuerint religiose illæ feminæ, quibus tam insignis ad ostium tabernaculi injuria inferrebat. Quidam illas esse opinantur, quæ religionis ergo jejunantes et orantes exebias agebant, sicut olim in Ecclesiâ certa quadam festa fidelium pervigiliis celebrabantur. Quarum è numero fuisse videtur Anna illa, de qua Lucas cap. 2: *Non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus ævens die ac nocte*. Alii virgines quasdam esse putant, quas templo, vel perpetuò, vel ad certum aliquod tempus dedicârunt parentes, ut operam impenderent quasi ancillarem templo, in texendâ sacrâ veste et rebus aliis concinnandis atque abluendis, quæ mulieribus est artis et industriæ; tum etiam ut à primis annis assuescerent pietati, quæ sicuti, in templo maximè spectari aliqua exerceri solet.

Ex his fuit, opinor, B. Virgo, quæ usque ad ætatem nubilem in templo commemorata est, in quo à parentibus presentata fuerat. De his virginibus est illud 2 Machab. cap. 5: *Sed et virgines, quæ conclusæ erant, procurrebat ad Oriam*. De his vide Ambrosium lib. 1 de Virgin. Nissenum oratione de Christi Nativitate. Flaro collegit Franciscus Suarez tomo 2, disp. 7. Sed et fuisse alias ætate jam maturâ, et viduas, quæ assidua essent in templo, et spretis mundi deliciis et muliebri cultu, Deo presentium et religiose occupationi vacarent, illud probat,

(1) Hebræi apud S. Hieronymum (in Quest.) hoc peccatum exten ant dicendo filios Heli, non concubisse cum mulieribus, sed tantum suasisse eis copulam cum maritis tempore menstrui; item ante tempus purificationis 40 dierum à partu expletum; sed hæc sunt eorum signenta, quibus verba S. Scripture invertunt. (Corn. à Lap.)

quod Anna vidua die ac nocte non discedebat à templo; et quod Exod. 28, v. 3: *Fecit et labrum æneum cum basi sed de speculis mulierum, quæ excubabant ad ostium tabernaculi.* Speculorum autem dedicatio satis indicat, mulieres illas aut placere hominum oculis voluisse, aut fuisse alias ob causas speciei ad elegantiam formandæ studiosas. Specula enim consecrant Deo, quia superiorem mentem atque consilia dantur, neque humanis oculis amplius servire volent, quæ plures faciunt modestiam suam, et lacrymosam faciem probari divinis.

Jam porrò pro his, quæ grandiores, aut conjugali solutæ nexa in templo vivebant, quàm pro illis quæ primæ etiam ætatis rudimenta Domino consecraverunt, recessus quidam erant in templo, aut templo saltem adjuncti, ubi secreta viverent à populari turba. Ita sanè Josephus lib. 5 de Bello cap. 12, ubi quarundam turrium meminit, quas mulieres appellavit, quia nimirum in illis sacratæ Domino mulieres clauderentur. Cum his igitur feminis quæ purgationis, aut religionis ergo ad templum accedebant, aut cum illis quæ illibatum adhuc pudorem conservabant, aut quæ legitime viduatæ conjugibus, quod reliquum erat ætatis in templo transigere decreverant, dormiebant sacerdotes illi; quæ vel seducebant pretio, vel cogebant pro suâ auctoritate, vel callido, aut veteratorio consilio simplicitati illarum illudebant. Quidvis horum, aut omnia simul admittit littera, quæ confusè tantum dicit dormisse sacerdotes cum mulieribus, quæ ad ostium observabant tabernaculi. Omnes autem iste mulieres, cum illis lex nullo modo permitteret, ut tabernaculum ingrederentur, ad ostio potius observabant, quod intus fieret, expectabantque quid ab ipsis sacerdotibus curatum esse vellent. Cum nihil ex literâ in utramlibet partem definitum esse videamus, ego in eam partem magis inclino, ut existimem à nullo harum feminarum ordine effusam sacerdotum abstinentiæ libidinem (1).

VERS. 24. — NOLITE, FILII MEI; NON ENIM EST

(1) VERS. 25. — ET DIXIT EIS: QUARE FACITIS RES HUMANAS, QUAS EGO AUDIO, RES PESSIMAS, AB OMNI POPULO? Les saints Pères font des réflexions très-importantes sur la conduite d'Héli à l'égard de ses enfants. Ce pontife qui semblait avoir négligé les désordres qu'ils commettoient dans les sacrifices, n'est touché que de leurs péchés grossiers et de leurs impuretés sacrilèges qui n'étaient néanmoins que la suite et comme le fruit de la profanation qu'ils faisaient si souvent de l'autel de Dieu. Mais enfin cette abomination détestable le réveille de son

BONA FAMA, etc. Nihil erat Heli aut ingenio molli, aut animo plus satis filiorum amanti. Cum enim non jam esset domesticum, sed publicum malum, quod respublica atque Religio à sacerdotum intemperantiâ capiebat, deberet pater paterni nominis oblitus, et rei publicæ atque sacræ memor, cujus erat custos et vindex, severius corrigere; et si opus esse videretur, in illos censorios et hostiles spiritus imbibere. Sed planè se patrem esse meminit, non judicem, atque illos benevolo ac leni blando dimittit filios suos appellat; neque alio illos compellaret nomine, si sibi forent, atque divinx legi in omnibus audientes. Illud, *filii mei*, blandius aliquid sonat, quàm Dei zelo inflammatum animum docebat. Quid tunc Heli in filios usque adeo profligati pudoris facere debuisset, docent quidam à Patribus. Vide infra, vers. 29.

Ut TRANSGREDI FACIATIS POPULUM DOMINI. Nimirum generaliter atque confusè exprobrat sacerdos filios suos ingentia plurimaque flagitia, neque illa enumerat explicatius, aut dolentius amplificat, ne filiorum animos aut amare contristet, aut graviter exulceret. Tantùm dicit, illos in causâ esse, ut populus divina transgrediat præcepta; quâ id ratione fecerit, nihil dicit; sed non est culibet conjectatur difficile. Primum, si quod Hebræi putant, acceptâ pecuniâ permittebant feminis, quæ, ut se à puerperii sordibus purgarent, tabernaculum adibant, utante tempus à lege præscriptum operam rursum darent rei conjugali, facile intelligitur, quomodo à divinarum legum observantiâ populum abducerent. Sed hoc supra minus putabimus esse probabile.

Ego aliter putò abductum esse populum ab eo, quod pietas et Religio postulabat; quod facile colligere posse videor ex his quæ supra à nobis commemorata sunt. Nam cum sacerdotes illi leges omnes sacrificales tam inverecundè perverterent, qui piè et religosè sacrificare volebant, cum viderent seculi fieri, quàm factum oportuit, sacrificiorum intermissione officium, ne dùm placere Dominum student, illius animum violatâ sacrificiali lege magis offenderent. Deinde, quia honestæ feminae, cum viderent aliarum pudorem à sacerdotibus tam apertè tenari, et tam prociaciter atque impudenter. Et condanne les actions de ses enfants, il leur en fait réprimande, et il leur fait voir combien les fautes des prêtres sont plus grandes que celles des simples laïques, par des paroles qui doivent faire trembler ceux qui sont dans ces saints emplois. (Sacy.)

puenter illud, neque purgandi puerperii gratiâ juxta legis præscriptum tabernaculum obibat, neque ad ostium de more excubias agebant; et alia præterea omitebant plurima, quæ ab illis exigebat sacrorum templique mundities.

Neque est incredibile, spectari in sacro loco obscenum aliquid et execrabile, quale in templum etiam sanctissimum induxit aut contempta Religio, aut nimirum sacrorum antistitem profusa libido. Ut enim Jasonis et Menelai temporibus, qui cum summi essent sacerdotes, suis potius commoditatibus ac voluptatibus serviebant, quàm religioni ac publicæ salutis; atque idè in templo, non templi speciem, atque munditiem, sed prostibuli turpe volutabrum videre to crederes, ut habes lib. 2 Machab. cap. 4, sic etiam cum femine, quæ neque pudoris, neque bonæ famæ ulla cura tangebant, cum aliquid à sacerdotibus compendii captarent, adibat tabernaculum multò libentius ac sæpius, quàm pudice, neque admodum illa curarent, quid homines vulgò loquerentur, cum sacerdotum ac judicum opes, et auctoritas plurimum ex eâ turpitudine atque infamiâ deterrerent.

VERS. 25. — SI PECCAVIT VIR IN VIRUM, PLACARI EI POTEST DEUS; SI AUTEM IN DOMINUM PECCAVIT VIR, QUIS ORABIT PRO EO? (1) Multa hic Adulensis, et optimè, ubi Deum legislatorum considerat, et quasi privatam aliquam per-

(1) Si un homme pèche contre un homme, on lui peut rendre Dieu favorable; mais si un homme pèche contre le Seigneur même, qui priera pour lui? tous les péchés sont contre Dieu, parce qu'ils combattent sa justice et sa sainteté infinie. Mais il n'y en a point qui attaque plus directement sa souveraine Majesté, que lorsque l'on viole les choses saintes, qu'on les expose aux insultes des hommes, et que ceux-là mêmes en sont les profanateurs, qu'il en a rendus les dépositaires. « Qui intercede, dit saint Grégoire, pour celui qui devait lui-même intercéder pour les autres, et qui irrite Dieu par des actions indignes, lui qui par sa charge le doit apaiser? Aussi la grandeur de la chute des prêtres paraît assez par les suites funestes qu'elle a d'ordinaire, parce que Dieu abandonne la plupart d'entre eux à l'aveuglement d'un cœur endurci et impatient, et qu'ils ne se sont point touchés de tout ce qu'on leur peut dire pour les porter à se convertir. » *Illic profecto sacerdotum culpa magnitudo monstratur, quia plerique eorum à Domino in impudentibus cordis caliginem projiciuntur, et nullâ hominis adhortatione respiciunt.* On croirait aisément que ce Pontife aurait assez fait pour s'acquitter de son devoir en cette rencontre, et la douceur qu'on aime tant dans les ministres de Dieu passerait assez facilement pour une vertu dans ce grand-prêtre. Cependant les saints Pères

sonam. Omnia, inquit, peccata quantumvis contra hominem, aliquam Deo faciunt injuriam, quia legem ab ipso latam contemnit et violant, quæ ut gravis sint, multo tamen gravius offendunt Deum, si filius cultum et reverentiam propriis offendunt, quæ sunt quæ Dei domum aliquâ ratione contaminant, quæ altari detrahunt, quæ Dei vocatur mensa, quæ sacrificiorum ritus ordinemque conturbant. Ut autem facilem se præbet legislator eis qui contra leges à se latas peccaverunt, non autem qui legislatori ipsi, aut ejus rebus intulerant injuriam, sic Deus non ita placatur facile illis qui contra se, altari violato, aut omisso, aut malè peracto sacrificiorum officio peccaverunt, quàm illis qui pietate nullâ ratione violatâ, in homines tamen, id est, in hominum salutem et commoda existerint injuriis.

Eo porrò, quæ difficilè fiunt, juxta Scripturæ sacræ idioma, dicuntur fieri non posse. Sic Gregorius Nazian. oratione 36, qui postquam varios usus vocis *impossibilis* adduxit, qui non semper indicant aliquid fieri non posse, addit etiam illud impossibile dici, quod licet à Deo possit fieri, ita tamen est difficile, ut nequam illud possit humana facultas obtinere. Et absolute in omni litteraturâ, quod est difficile, appellari solet impossibile. Sanè rhetores ab eo

condamnent cette indulgence douce envers les hommes, et cruelle envers Dieu. « O patience et digne de haine, s'écrie saint Bernard! j'avoue, et dit ce saint, que cette douceur me met en colère, et que ce support des impiés et des sacrilèges m'est insupportable. » *O patientia omni signa impatientiâ! Non possum, fateor, non trans hinc patientior.*

Ce ministre de Dieu devait en cette occasion oublier qu'il était père, pour se souvenir qu'il était prêtre. Il devait prendre les intérêts de Dieu contre ceux de sa famille, et déclarer à ses enfants que puisqu'ils se rendaient si indignes du rang où ils étaient élevés, ils trouveraient en lui à l'avenir un persécuteur au lieu d'un père.

Nous ne pouvons considérer sans une grande frayeur, dit saint Grégoire, la manière dont Dieu traite ce grand-prêtre. Héli était irréprochable dans ses mœurs, son malheur a été d'avoir des enfants. Il est devenu coupable par leurs actions criminelles, non en les commentant, mais en les souffrant. C'est la différence qu'il y a entre ceux qui obéissent dans l'Eglise, et ceux qui gouvernent. « Un particulier n'est responsable que de lui-même. Pourvu qu'il vive bien, il se salue. Mais ceux qui sont en charge doivent répondre de leur âme et de celles qui leur ont été confiées, et ils ne peuvent se sauver qu'en faisant ce qu'ils peuvent pour contribuer au salut des autres. » *Deus subditis vivere ad salutem sufficit: prelati vero propria vita non sufficit.* (Sacy.)

quod valde existimatur difficile, quasi à re prorsus impossibili removendam esse dicunt susceptionem, quia perinde habetur, ac si efflci non possit. Hoc sensu impossibile dicitur Jerem. cap. 15, cum qui à primis annis assuetus est peccatis, insequentem animam honestæ disciplinæ ad meliorem vivendi formam applicare: *Si mutare potest Æthiops pellem suam, et pardus varietate suas, et vos poteritis benefacere, cum didiceritis mahum.* Et illud Matth. 12: *Quomodo poteritis bona loqui, cum sitis mali?* Et hujusmodi plurima occurrunt in Scripturâ passim. Cum ergo his, qui proximè ac directè peccant contra Deum, quales erant sacerdotes isti, qui præscriptos à Deo sacrificandi ritus violabant, et meretriciis sordibus tabernaculum implebant, difficile Deum placetur; placari illum posse negat Heli, id est, difficile fore placandum, aut indignos esse, quibus Dominus placatum se et propitium ostendat.

Hæc mihi explicatio difficilis non est, sed adducam alias quæ mihi visæ sunt satis ad veritatem et litteram. Prima est, non esse difficile orare iudicem, et ab illo tandem exorare quod velis, si de legum severitate aliquid velis esse remittendum, quando de injuriâ aliis illatâ disceptatio est; at quis hoc ipsum audebit postulare à iudice, si contra ipsum ab aliquo peccatur? Quis illius vultum cum hujusmodi preceatione subeat? Quis non suo capiti ab indignato iudice non timeat, dum alterius capiti consultum esse vult? Sic sanè orare poterit quis Deum, ut injuriam condonet, quæ irrogata est homini, non verò quam ab homine Deus ipse iudex, et legislator accepit. Loquitur autem hic Heli humano modo, quomodo si inter duos homines suscepta foret controversia, qui suas injurias ulciscuntur, aut judicant longè aliter quàm alienas. Neque novum est, ut Scriptura sacra divinas cogitationes ac sensus ad humanas cogitationes accommodet. Neque præterea necessarium est, ut his sacerdotis maximi verbis inesse pondus existimemus divinæ fidei: neque enim Scriptura probat quod ab Heli dictum sed, tantam narrat, quid ille in filiorum suorum objurigatione dixerit; sicut alia multa narrantur dicta, quorum tamen fides ab Scripturâ sacrâ non probatur. Juxta hunc hominum sensum existimari posset dixisse Job cap. 16, vers. 22: *Utinam judicaretur vir cum Deo, quomodo judicaretur filius hominis cum collegis suis!*

Aliam explicationem indicat Hieronymus in Traditionibus Hebraicis ad hunc locum, quæ

mihi non omnino displicet. Sacerdotis et pontificis id proprium est, ut preces pro aliis, et sacrificium offerat, ut Deum placeat reddatque peccatori propitium. Ita Paulus ad Hebr. cap. 5: *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Quòd si sacerdos peccet, cuius est munus sacrificare, et ad Dominum pro hominibus intercedere, quis Dominum orabit pro illo? nempe ex instituto. Hoc idem sub salis metaphorâ explicuit Christus Matth. c. 5, qui cum alloqueretur apostolos, quorum futurum erat sacerdotale et salutare munus, dixit: *Vos estis sal terra, quia si sal evanuerit, in quo salietur?* Aut igitur Heli, si peccaverit vir in virum, est qui pro viro posset placare Deum, nempe sacerdos, qui ex instituto orat atque sacrificat. Quòd si vir (nempe Sacerdos) contra Deum peccet, quis erit, qui pro illo ad Deum preces et sacrificium assumat? Si constaret virum posteriori loco pro sacerdote sumi, mihi non videretur explicatio dura. Sed est planè durum viri nomen ad sacerdotis officium coartari; neque præterea quidquam apparet esse discriminis, sive homo in Deum proximè, sive in hominem peccet pro utrobet nanque peccato à sacerdote sacrificia et preces offeruntur.

Quare placet magis extrema solutio, quæ auctorem atque patronum habet nullum, quod ego viderim; sed, credo, illi aliquid aderit à ratione ponderis. Profanarant, ut vidimus, sacerdotis filii, qui et ipsi quoque sacerdotes erant, tabernaculum Domini, dum seminarum illudunt pudicitia et speciem inducunt meretricii prostibuli; quare quantum in se fuit, tabernaculum Dei, id est, orationis domum sustulerunt. Deinde dum sacrificiorum concenitantes, et homines à sacrificando deterrent, ipsa quoque sacrificia sustulisse videbantur: hæc verò sunt, quæ Dominum peccatoribus placant, et ab illo gratiam ineunt, quam peccata prodiderant. Unde sæpè audimus: *Sacrificium pro peccato, sacrificium pro delicto, sacrificium pacificum.* Qui autem hæc faciunt, contra Dominum peccant, quia hæc proximè, utpote religionis opera, Deum intuentur. Erit igitur sensus: Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus, quasunt in tabernaculo sacrificia, quæ peccatorem Domino concillant. At si vir contra Deum peccet, eo nimirum modo, quo vos in Dominum peccatis, tollendo sacrificia et preces, quis orabit pro eo? Id est, quod erit aliud sacrificium, aut

oratio solennis et publica, quæ ex vetere instituto, à Domino veniam et misericordiam extorqueat?

ET NON AUDIERUNT VOCEM PATRIS SUI, QUIA VOLUIT DOMINUS OCCIDERE EOS (1). Staturat Deus propter grandia illa flagitia sacerdotis sceleratos filios interficere; atque idè permisi, auxilium illis efficax negando, ne paternis mandatis obsecuti abstinere à rapina, et à concalcando, et pervertendo legitimum victimarum ritum, à sacrilego concubitu, propter quæ jam dudum in suum caput supplicium aliquod immane conflaverant. Dicitur autem Deus voluisse illos interficere, et idè eos paternum respulisse consilium, quia Deus illis extraordinaria gratiæ auxilia non præbuit: quare non impulit in peccatum, sed tantum illos peccare permisit. Hoc modo explicat communiter theologici ea loca, in quibus videri alicui impio posset Deus vim aliquam adhibuisse peccatori, et illum ad peccandum egisse præcipitem: quomodo Pharaonem indurasse dicitur, et alios obsecasse, tradidisse alios in passionem ignominia, et in reprobum sensum; immississe aliis operationem erroris, et similia. Ita Augustinus tom. 10, serm. 88, de Tempore; Hieronymus epist. ad Hedibiam tom. 3, q. 10, et in illud ad Rom. 4: *Tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Et in eundem locum, atque etiam in illud ad Rom. 9: *Quem vult, intrat;* Chrysostomus, Theophilactus, Anselmus. Quomodo si pater opportunam correctionem et flagellum intemperanti filio non adhibeat, vulgo hominum dicitur perdidisse filium, aut in crucem egisse; cum tamen neque illum ad mortem, neque ad crucem adegerit, quia neque compedibus alligavit, aut severiorem applicuit medicinam, quæ illum revocaret à suspendio. Sic ergo Deus duos illos filios Heli interficere voluisse dicitur, quia extraordinarium et indebitum auxilium negavit, quod peccatum, quod punire voluit, et supplicium, quod jam ante decreverat, peccator effugeret. Multa hæc de re scholastici. Vide Gabrielem Vasquez in 1 p. sancti Thomæ q. 25, art. 5, disp. 95, cap. 10.

Quòd si, quia, particula rationalis non sit, sed idem valeat quod *idè*, quod aliquando in Scripturâ sacrâ contingit, sensus erit expeditus magis, nempe duos illos filios non curasse, quid pater admoneret, et idè Deum illos occidere

(1) Sebastianus Schmidius vertendum nostrum hunc textum marvel: *Non audierunt vocem patris sui (momentis) Deum velle ipsos occidere, vel qui indignationem Dei mirabantur.* (Galmet.)

voluisse. Certè illud Osee cap. 9, v. 15: *Omnis nequitia eorum in Galgala, quia ibi exeros habui eos;* in hunc modum exponit Emmanuel Sâ. Neque alio fortassè sensu dixit de Magdalena Christus Luce cap. 7: *Dimissa sunt et peccata multa, quia dilexit multum;* id est, idè idè dilexit multum. Sicut diximus ad illum Osee locum, de quo proximè (1).

VERS. 26. — PUER AUTEM SAMUEL PROFICIEBAT, ATQUE CRESCEBAT, ET PLECEBAT TAM DOMINO, QUAM HOMINIBUS. Non agebat Samuel in tabernaculo otiosus et inertem vitam; sed quantum ætatis modus patiebatur, spiritali vacabat otio, quo crescit in dies et roboratur spiritus, neque plus ab ætate accedebat roboris atque augmenti corpusculo, quàm animo ab oratione et sacro ministerio. Cujus vivendi forma, ut erat Deo grata, sic etiam apud homines et excitabat admirationem, et conciliabat gratiam. Hæc verò preparatio est ad illa quæ mox capite sequenti dicuntur de Samuele jam prophetâ in ætate puerili, et de opinione quam Sacerdos Heli de ipsius sanctitate conceperat.

VERS. 27. — VENIT AUTEM VIR DEI AD HELI (2).

(1) Quamvis hæc explicationes graves certè et probabiles iudicabit epist. ansem. exclamant vultus Volney: « Quelle pensée scelerate et perverse! Mais à qui Dieu a-t-il dit sa pensée? — Nèpe ei qui hæc, Deo inspirante, memoriæ tradidit.

(2) Quando venerit ad Heli vir ille incertum est. Videtur autem venisse cum Samuel adhuc esset puer, tum quia id bte ejus pueritiae subnectitur; tum quia cum Samuel factus est grandior, Deus eo usus est ad Heli rursum commendandum; imò condemnandum. Ita S. Hier. in Quæst. (Corn. à Lap.)

Un homme de Dieu vient traverser le prêtre Heli, et lui dit, etc. Quand le souverain prêtre est indifférent aux intérêts de Dieu, un homme sans nom, sans apparence et sans dignité, est suscité de Dieu pour reprocher à Heli son ingratitude et le désordre de ses enfants. Dieu, devant qui tout le passé est encore présent, reprend les choses dès la source, et fait voir à ce pontife que la longue suite des obligations qu'il lui avait. Ce qui nous apprend à nous-mêmes à repasser souvent dans notre esprit toutes les grâces que Dieu nous a faites et l'enchaînement des moyens qu'il a choisis pour nous faire ce que nous sommes.

Dieu avait choisi cette race des prêtres, dit-il, pour trois choses: 1° pour monter à son autel; 2° pour lui offrir des parfums; 3° pour être revêtu de l'éphod. C'est en peu de mots monter à son autel par l'éminence de sa vertu, afin de n'en point profaner la sainteté; lui brûler des parfums par l'ampleur de sa charité et de ses prières ferventes, et porter l'éphod, c'est-à-dire, ne faire rien voir que de pur et de saint dans toute sa conduite extérieure. (Galmet.)